



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX**

Argvmenta Concionvm Dominicalivm Petri Bessæi. Tomi Primi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)



# ARGVMENTA CONCIO- NVM DOMINICALIVM PE- TRI BESSÆL

T O M I P R I M I.

*Dominica 1. Adventus.*

**C**Ausas peccatorum esse oblivionem ex-  
tremi iudicij declarat, deque ipso iu-  
dicio eiusque severitate prolixè disserit.

*Dominica 2. Advent.*

De tribulationum utilitate, Ioannis Baptiste  
indigna nece, malarum mulierum mali-  
tia, adulterij gravitate disserit. Deinde agi-  
tur de mundi favore inani, deque concio-  
natoribus. Postremo Evangelica lectio  
copiose & insigniter explicatur.

*Dominica 3. Advent.*

Mortis memoria & sui ipsius cognitio quam  
utilis, sui ignorantia quam perniciosa. Eu-  
angelium deinde exponitur.

*Dominica 4. Advent.*

Concionatores varijs reb. comparantur. Re-  
gnorum calamitas unde oriatur. Explica-  
tur deinde Euang.

*Dominica infra Octavas Natiuitatis Christi.*

De meditationis necessitate, utilitate, & pat-  
ribus agitur. Postmodum Evangelica le-  
ctio explicatur.

*Dom. 1. post Epiphaniam.*

Vita humana, qualis, quamque inconstans  
sit, exemplo Iosephi & Mariæ declaratur,  
deinde in Euangel. explicatione, de festis  
Iudæorum, de seruitute diuina mature in-  
choanda, deque Christo perditio agitur.

*Dom. 2. post Epiphaniam.*

Tres esse status Ecclesiæ præcipuos. De statu  
matrimonij eiusque onere, & circa illud  
hæresibus. Euang. deinde expositio.

*Dom. 3. post Epiphaniam. de leproso.*

Vana gloriæ pestis quam sit noxia late disse-  
ritur. Deinde in expositione lectionis Eu-  
angelicæ lepræ & peccati sit comparatio,  
item de Sacerdotum potestate, & honore  
sacerdotibus habendo tractatur, & ingra-  
tudo describitur.

*Dom. 4. post Epiphaniam.*

Terra est mirabilium Dei theatrum. In Euan-  
gelij explicatione mundus mari compara-  
tur. Ecclesia nauis, deque eius quaduplici  
persecutione agitur. Item quod Christus  
sit in nauiculum assumendus, deque San-  
ctorum afflictione in tribulationibus me-  
ditanda, & pastorum seu prælatorum resi-  
dentia.

*Dom. 5. post Epiphaniam.*

Impij curâ Deo tolerantur. De hæreticorum  
iusta punitione. Euangelium exponitur.  
Somni damna.

*Dom. 6. post Epiphaniam.*

Mirabilia quædam opera referuntur quæ de-  
inde Euangelio aptantur. Homines varijs  
animalibus comparantur.

*Dominica Septuagesima.*

Opera ad salutem necessaria, & cur. Euang.  
explicatur. Otium quam noxium.

*Dominica Sexagesima.*

Verbum Dei varijs reb. comparatur, con-  
cionatores instituuntur: Euangelium ex-  
ponitur; Luxuriosi taxantur.

*Dom. Quinquagesima.*

Mors Christi admodum incredibilis. Semper  
meditanda. Cur in Bachanalibus populo  
proponatur. Cæcitatibus malum.

\*\* ARGV-

ARGVMENTA CONCIONVM  
QVADRAGESIMALIVM.

**I**N die Cinerum Thema, *Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris.*

In hac Concione de cineribus, de ieiunio Quadragesimali ac de memoria mortis differitur.

Feria 5. post cineres. *Cum introiuit Iesus Capernaum.* Matth. 8.

Centurionis erga seruum pietatem maximam, pluribus figuris ostendit esse miraculum, quod etiam peccatoris conuersioni aptari potest: item quanta sit animæ nostræ nobilitas, in Centurione describitur, & quor sint nostræ infirmitatis appetitus in ægro seruo, maximamque dignoscitur inter spiritum & sensum pugna existere.

Feria 6. post cineres. *Audistis quia dictum est antiquis, diliges proximum tuum,* Matth. cap. 5.

Odiu nocuenta & amoris utilitates ethnicorum exemplis quasi ob oculos ponuntur, ut homines ad inimicos diligendos inuitentur.

Sabbato post cineres. *Cum sero esset factum erat nauis in medio mari & Iesus solus in terra,* Marc. 6.

De tribulationibus Ecclesiæ tractatur, & quomodo ab ipsis illa acceperit incrementum mare mundo, cymbam Ecclesiæ, ventos persecutionibus elegantissime comparando.

Dominica prima in Quadragesima. *Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo,* Matth. 4.

Desertum comparat mundo, de quo multa: item pœnitentiæ confert, quem locum certaminis vocat, bellatores sunt Christiani, & dæmon, quorum varias commemorat victorias, ac maximam denique inter hos pugnam describit.

Feria 2. post Domin. 1. Quadrages. *Cum uenerit filius hominis in maiestate sua,* Matth. 25.

Diei iudicij acerbiter ostēdit, quam procul dubio probat futuram esse, ac de die, iudice & iudicandis multa colligi possunt.

Feria 3. *Introiuit Iesus in templum Dei,* & c. Matth. 21.

De auaritia & ambitione, de Ecclesia, aduersus Simoniam tractatur.

Feria 4. *Generatio praua & aduersa signum quaerit,* & c. Matth. 2.

De miraculis Christi elegantissime agit, peccatores & hæretici, veluti tunc Pharisæi miracula quaerunt.

Feria 5. *Domine fili David miserere mi.* Matth. 15.

De oratione & de necessitate nostrarum operationum, etsi peccatores simus, multa aduersus hæreticos de intercessione Sanctorum dicuntur.

Feria 6. *Est autem Ierosolymis probatica piscina,* Ioan. 5.

De diuina misericordia discuitur: piscina est pœnitentiæ & passio Christi, paralyticus est genus humanum & peccator: porticus sunt quinque sensus, motus piscine est diuina misericordia, sine qua non potest peccator saluari, optime hæc omnia explicantur.

Sabbatho post Domin. 1. Quadrages. *Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem,* Matth. 17.

Spem leuare labores longo discursu demonstratur, pluries Christus in uita sua transfiguratus est, de monte Thabor aliqua, cur Moyse, & Elias ad Christum accesserit, locutio de excessu, de amore atque humilitate Christi, quod non debent esse tria tabernacula, sed unitas in Ecclesia, omnia appime explicantur.

Dominica 2. in Quadrages. *Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius,* & c. Luc. 9.

ARGUMENT.

Beatitudinis magnitudinem tantam esse ostendit, ut nequeat explicari, miraculum maximum quod anima Christi, quæ semper beata fuit, eandem beatitudinem extra corpus non patefecerit.

Feria secunda post Dominicam secundam Quadrages. *Ego vado & queritis me, & in peccatis moriemini, Ioan. 8.*

De prædestinatione: item quantum proficit anima humanae præsentia Christi, quantum noceat absentia, quomodo intelligatur Deum obdurare peccatores, qui querunt Christum, quando querunt, & à quibus inueniatur, qui in peccato moriantur, & cur Deus peccatori eius reprobationem non reuelat.

Feria 3. *Super Cathedram Moysi, &c. Matth. 23.* Cur Ecclesia Christi diu regnet, de Cathedra Petri, & multa in eius laudem, qui sedent super Cathedram Dni Petri, de Prædicatoribus, Doctoribus, Sacerdotibus, Episcopis, & de aliis in Ecclesiasticis dignitatibus constitutis pertractatur.

Feria 4. *De ambitione optime, & de oratione aliqua dicuntur.*

Feria 5. *Homo quidam erat dives & inducitur purpura & bysso, Luc. 16.*

Paupertatem commendat, diuitias, conuiuia & vestitus luxus damnat, in tribulationibus constitutis consolationem adfert.

Feria 6. *Homo erat Paterfamilias, qui plantauit vineam, Matth. 21.*

Ponit multas vineas scilicet animam nostram, mundum, religio, hæresis, sed de vinea Ecclesie ad amissum agens inquit Deum à peccatoribus fructum querere.

Sabbatho. *Homo quidam habuit duos filios, &c. Luc. 15.*

Euangelium exponit, sed præsertim mundi solatia, prodigalitate, luxuriam, peccatum, ac immoderatos epularum sumptus improbat, probitatem filiorum parentibus esse lætitiæ.

Dominica Tertia in Quadrag. *Erat Iesus eiciens demonium, Luc. 11.*

Odium diaboli aduersus Deum & homines describitur, quibus multa mala infligit, videlicet cæcitatem, surditatem & aliorum sensuum priuationem, ac in mundi

vanitates inuehitur.

Feria 2. post Domin. 3. Quadrages. *Quanta auduimus facta in Capbarnaum, facta & hic in patria tua, Luc. 4.*

De miraculis Christi hic vberissime agitur, hominum curiositas reprehenditur, Deum personarum acceptatorem non esse, cum omnes peccatores castiget, quo saluantur homines, quoties Spiritus Sanctus descendit, & cur Deus suas gratias non æqualiter omnibus impertiatur.

Feria 3. *Si peccauerit in te frater tuus, &c. Matth. 18.*

De fraternæ correctione optime tractatur, & de excommunicatione aliqua habentur.

Feria 4. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, Matth. 23.*

Cor hominis optime, longaque descriptione laudatur, expellendas à nobis prauas cogitationes, & bonas introducendas esse, aliqua de oratione, & quomodo Deo placere possimus. Hypocritas reprehendit: quæ sint Apostolica traditiones, & de eorum diuersitate differitur.

Feria 5. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, Luc. 7.*

Satis curiosa quæstio proponitur, utrum sit vitiosius, bellum an pax, & ita de tribulationibus agitur, quod prius temporibus nuptias Sacerdotibus celebrare, atque uxorem ducere licebat, quod postea ipsis vitium fuit, & hæc omnia pluribus rationibus ostenduntur, peccatores febricitantibus comparantur, vbi de febribus & peccatoribus discurretur.

Feria 6. *Venit Iesus in ciuitatem Samaria qua dicitur Sichar, Ioan. 4.*

De gratiæ præuenientis necessitate, de peccatorum grauitate, de iustificationis vi, de magnitudine animæ CHRISTI, de ingratitude animæ Christianæ, de avararum diuitiarum, de mundi vanitatibus, in explicatione Euangelii pertractatur.

Sabbatho. *Adducunt ei mulierem in adulterio deprehensam, Ioan. 8.*

De adulterio omnia, & aliqua de iudicium conditionibus dicitur.

Dominica quarta *Quadrage.* *Abitit Iesus trans mare Galilee, &c. Ioan. 6.*  
 Conuiuium hoc sanctissimæ Eucharistia Sacramento confert, de quo multa habentur, & super Euangelium de mari aliqua dicuntur.  
 Feria 2. post 4. Dom. *Quadrage.* *Prope e. at pascha uideorum, & aj. en. it Iesus Hierosolymam, &c. Ioan. 2.*  
 Quomodo Deus irascatur, & de Ecclesiarum ueneratione, quid in eis faciendum, quod Deus semper aliqua loca sibi designari uoluit, & qui sint mercatores spirituales.  
 Feria 3. *Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum & docebat & mirabantur Iudaei dicentes, quomodo hic literas scit cum n. n. didicerit, Ioan. 17.*  
 De inuidia, de legislatorum multiplicitate, de promulgatione Euangelij, & de eius præstantia, de miraculis Christi, quæ semper in Ecclesia fuerunt, quod fides Christi sit maximum miraculum, de Philosophorum, Oratorum & aliorum sapientum erroribus. De mirabilibus Christi, ut Deus, & ut homo, & de sapientia ipsius.  
 Feria 4. *Præteriens Iesus uidit hominem cecum à natiuitate, Ioan. 9.*  
 Daemon, & peccatum homines excæcant, unde peccatores cæcis assimilantur: filius quo portat iniquitatem patris, cur Deus tribulationes hominib. mittit, peccatum nobis omnia mala inuitur, homines à suis infirmitatibus optime memoria mortis curantur. & paratioria Siloe Sacramento est symbolum.  
 Feria 5. *Ibat Iesus in ciuitatem, que uocatur Naim, & ecce defunctus efferebatur filium uisus matris sue, Luc. 7.*  
 Mos sepeliendi antiquissimus est, peccatum mors est, & peccatores similes sunt mortuis, & hac occasione de morte multa: unde ipsa oriatur, & quomodo Deus diuersi modo peccatores ad se uocat.  
 Feria 6. *Erat quidem languens Lazarus à Bethania, de Castello Martha, & Maria soror eius, Ioan. 11.*  
 Quam breuis sit uia hominis ostenditur, cur Deus tribulationes immitit, lacrymarum

Christi uis, inueterati peccatoris miseræ, & amor Christi aduersus peccatores.  
 Sabbato. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, Ioan. 3.*  
 Solem lumen excellentissimum longo cursu laudat, Solem Dei similitudinem esse ostenditur, qua occasione uarij Dei effectus ostenduntur, peccatorum grauitas, & quomodo faciliter peccatores cognosci possint, quodque peccatores tenebras se sententur.  
 Dominica Passionis. *Quis ex uobis arguet me de peccato, Ioan. 8.*  
 Virtutis uis: quomodo memoria mortis Christi, multa bona peccatoribus affert: Innocentia Christi longa ostenditur narratione, maledici damnantur, perfectio uitæ quomodo acquiratur, quanta sit uirtus uerbi Dei, quæ tamen nihil peccatori prodest dum obstinati sunt.  
 Feria 2. Concionem de Annuntiat. B. Virg. require in parte de Sanctorum Festiuitate.  
 Feria 3. *Erat autem in proximo dies festus Iudeorum scenopegia. Dixit ergo frater eius ad eum, transi hinc & uade in Iudæam. Ioan. 7.*  
 Inanis gloria absque superbia optime increpatur: hominem in hac uita esse peregrinum ostenditur, & huiusmodi uanitates ad uinguem damnantur.  
 Feria 4. *Oues mea uocem meam audiunt. Ioan. 10.*  
 De eloquentia, & uirtute uerbi Dei longa narratione pertractatur, quam plurimos per prædicationem fuisse conuersos, iudicia reprobationis & beatitudinis peccatores uerbum Dei audire nequeunt, & quanta sit uirtus perseverantiæ declaratur.  
 Feria 5. *Eccc mulier, que erat in ciuitate peccatrix. Luc. 7.*  
 Cognitio peccati plurimum peccatoribus prodest, eiusdem fuga unde oriatur, quantum nocet penitentiam differre, Dei odium aduersus peccatorem, salus animæ cunctis rebus est præferenda, meretricis nomen in sacris litteris, peccatores maximæ auctoritatis, quantum idiotis nocent

ARGUMENT.

ceant, de libidine multa, incommoda & mala diuitiarum, & pulchritudinis: lacrymarum virtus, de capillis multa, quæ poenitentis actiones esse debeant.

Feria 6. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi consilium aduersus Iesum.* Joan.

Bonorum & malorum societatum affectus, variæ diaboli artes explicantur, & præcipue tot optimas hominû operationes impediatur persecutio Christi, præsumptionis detestatio, Judæorum interitus, & Passio Christi necessitas, vnde originem traxerit.

Sabbato. *Nunc anima mea turbata est valde.* Joan. 11.

Militiam esse vitam hominis super terram optime describitur: & quæ sit variæ eius pugna, quas passiones habuit Christus, & quæ fuerint in eo, cur toto vitæ suæ curriculum finire non vit.

Dominica Palmarum. *Benedictus, qui Venit in nomine Domini.* Matth. 21.

Vanitates mundi pluribus figuris describuntur, lachrymarum maxima necessitas ostenditur, de triumpho Christi multa, & quomodo antiqui triumphabant; benignitas aduentus Christi, eius conditionem in memoria habere debemus; fortuna quomodo sit meruenda.

Feria 1. Hebdomada maioris. *Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Ps. 109.

De Sacrificio Missæ, de Sacramentis, de virtute ipsorum, quod semper aliqua viguit religio & sacrificium, multaque aduersus hæreticos.

Feria 3. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus Cere est potus.* Joan. 6.

De Sacramento Eucharistiæ, sed præcipue, quod corpus Christi vere reperitur in illo sanctissimo Sacramento ostenditur.

Feria 4. *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Joan. 6.

De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ, & a-

liqua de præparatione ad ipsam rectæ suscipiendam, de punitione indigæ suscipientium agitur.

Feria 6 in Parasceue. *Passio Domini nostri Iesu Christi.*

Passio Dominica quantum sit deploranda, magnitudinem amoris Christi in hac re exaggerat, quomodo hanc semper in memoria habere debemus, contemplatur ea quæ Christo in orto, & in monte Oliueti, quæ in ciuitate Hierusalem, & quæ in Caluaria monte acciderunt, sedulo ac diligenter sigillatim singula explanantur.

In Dominica Resurrectionis. *Surrexit sicut dixit.*

Articulus resurrectionis valde difficilis est, Resurrectionis Christi tres rationes præcipue adferri possunt, quæ pluribus figuris dilucidantur, vbi fuerit diuinitas Christi in triduo ostenditur.

Feria 2. Paschatis, *Duo ex discipulis Iesu, &c.* Luc. 24.

Mundi miseria, & cunctorum hominum demencia pluribus argumentis describitur, quibus Christus auxilium præstat, quantum Passionis Christi memoria profit, qui sint Christianorum & hæreticorum sermones; quomodo peregrinus perfectus fuit Christus, amoris Christi erga genus humanum magnitudo, amor noster in Deum qualis, quanta denique sit, peccantium fatuitas.

Feria 3. Paschatis. *Stetit Iesus in medio discipulorum, &c.* Luc. vlt.

Armis regnum cælorum acquiritur, tribulationibus astra conscendimus, sicut fecit Saluator noster Christus; Variæ Saluatoris nostri apparitiones, peccatorum grauitas quæta stare, & medium, quid in Sacra Scriptura significet, pacis laudes, quod bella ante Messæ aduentum toto orbe dispersa erant, abundantiam cunctarum rerum, apud Deum esse ostenditur, denique cæciticum Christi.

Finis Quadragesimæ Argumentorum.

Domi-

Dominica in Albis.

Varie resurrectionis Christi rationes, & figura Christi diligentia in iuandis Apostolis, semper medium occupat. De pace duplici, & vulneribus Christi.

Concio II. De Dominica in Albis aliaratione concinnata. Cum sero esset die illo, &c. Ioan. 20.

Bellorum necessitas, atque conatus, tribulationum necessitas, & cur eas Deus amicus mittit, qualitates corporum Beatorum, peccatoris dementia, quædam hæreticorum argumeta diluuntur, quomodo cæli aperti fuisse dicuntur, quod corpus pluribus in locis esse potest, Apostoli à Christo quomodo consolati fuerint, concionatoris scopus, quale Apostolorum gaudium, de Christi Resurrectione, quomodo denique se getere debeant Auditores in Quadragesima.

*Domin. 2. post Pascha.*

De prælati Ecclesiæ, eorumque onere, &

requisitis. Clementia, & bonitas iis necessaria. Item residentia in suis Ecclesiis; De mercenariis.

*Domin. 3. post Pascha.*

Beatitudinis appetitus homini innatus. Euangel. explicatur. Mundus variis rebus comparatus, eius gaudia inania variis similitudinibus depinguntur. Tribulationes bonorum Gaudia cœli.

*Domin. 4. post Pascha.*

Tribulationes iustis salutem, impiis damnationem afferre. Euangel. explicatur. consolationes terrenæ spiritualibus esse impedimento.

*Domin. 5. post Pascha.*

Orationis excellentia, encomia, proprietates & effectus.

*Domin. 6. post Pascha.*

Iacula præuisa minus ferire. Spiritus Sancti varia nomina, & de Christo testimonia. Item Apostolorum testimonia de Christo, & religiosorum de Christo quale. Tribulationum utilitas.



ARGVMENTA CONCIONVM DOMINICALIVM.  
TOMI SECVNDI.

*In die Festo Pentecostes.*

DE diuinitatis excellentia & altitudine agit, & de Spiritu S. natura & proprietatibus, quem igni eiusque naturæ comparat, & causam reddit, cur in specie ignis descenderit. Apostolos deinde variis tormentis bellicis comparat, De ventis deinde agit, eorumque proprietates Spiritui S. applicat.

*Feria 2. Pentecostes.*

De amoris potentia & vi agit, cuius causa Deus hominem pene plusquam filium suum dilexerit, & Spiritum S. in mundum miserit.

*Feria 3. Pentecostes.*

Spiritus S. pluuia comparatur, à Patre & Filio

procedere affirmatur, eiusque septem dona recensentur & explicantur, variisque rebus conferuntur.

*In Festo SS. Trinitatis.*

De Dei natura & essentia incõparabili, Mysterium SS. Trinitatis torrens inuadabilis. De veterum gentilium cœcitate circa Dei cognitionem & per quæ Deus cognoscatur. Multa deinde de SS. Trinitatis mysterio tractat.

*Domin. 1. post Pentecost.*

De misericordiæ virtute. Item vitando temerario iudicio, & dimittendis iniuriis.

*Domin. 2. post Pentec.*

De ingratitude vitio differitur, deinde vicio de ambitione, avaritia & luxuria.

*Domin.*

*Domin. 3. post Pent.*  
 Contra detractionem & muturatiōem vari-  
 ruz comparationem detractorum & mur-  
 muratorum. Expositio Euangelij.

*Domin. 4. post Pent.*  
 De Christi eloquentia, & efficacia verbi di-  
 uini. Mundus mari comparatus. Euangel.  
 exponit.

*Domin. 5. post Pent.*  
 Mundus in duas partes diuisus, verus & no-  
 uum Testamentum designat. De iustitia  
 Pharizorum. De homicidio.

*Domin. 6. post Pent.*  
 Misericordia primum Dei attributum, eique  
 innitendum.

*Domin. 7. post Pent.*  
 Bona opera esse necessaria, & solam fidem nō  
 sufficere. Tria persecutionum genera. Falsi  
 Prophetæ varij, Hæretici similes Gabzo-  
 nitis, vulpibus & alijs, &c.

*Domin. 8. post Pent.*  
 De bona fama, eiusque iucunditate. Expli-  
 catio parabolæ. Peccator verus dissipator.  
 Eleemosynæ vis & efficacia.

*Domin. 9. post Pent.*  
 Lachrymæ Deo gratæ. Prosperitas causa cœ-  
 citatis spiritualis. Saxorum symbolum ad  
 designandam Reipub. foelicitatem.

*Domin. 10. post Pent.*  
 De superbia vicio & humilitatis virtute.

*Domin. 11. post Pent.*  
 Septem fidei colūnæ, quibus innititur. Cha-  
 ritatis erga proximum encomium. Gemi-  
 tus Christi vnde.

*Domin. 12. post Pent.*  
 Hominem absque Dei gratia nihil posse, nec  
 sine speciali Dei gratia de peccato emerge-  
 re, exemplis & similitudinibus pulchre do-  
 cet. Mundani in secularibus periti in spi-  
 ritualibus in seipis, virtutem cum scientia  
 coniungi debere. Caritas via ad beaitu-  
 dinem. Peccatum quantum malum. My-  
 steria diuina non retegenda.

*Domin. 13. post Pent.*  
 Prauorum consortium esse fugiendum. De  
 lepra quatenus est figura peccati, eiusque  
 cum peccato assimilatio. Item, de leprosis

Sacerdotes honorandos. Ingratitudinem  
 vitandam.

*Domin. 14. post Pent.*  
 Contra auaritiam omnium peccatorum ma-  
 ximam radicem. Quod diuitiis homini,  
 non hominis diuitiis seruire debeat, con-  
 tra sollicitudinem.

*Domin. 15. post Pent.*  
 Tria mortis genera ostendere peccati mali-  
 tiam. De moriendi necessitate, deq; mortis  
 memoria. De exequijs.

*Domin. 16. post Pent.*  
 De inuidia eiusque malitia differitur. Dein-  
 de de Sabbato Judaico quibusdam inter-  
 mistis, iterum de eadem Tandem de ope-  
 ribus charitatis & hydropicis agitur.

*Domin. 17. post Pent.*  
 De charitate & amore agitur, itemque de di-  
 lectione proximi.

*Domin. 18. post Pent.*  
 De fidei præstantia tractatur, deinde de cha-  
 ritatis natura, itemque de mundi proprie-  
 tate, & pastorum officio. Postremo de hæ-  
 reticorum triplici fide, & speciali peccati  
 Paralyti.

*Domin. 19. post Pent.*  
 De mundo hominis inimico, deinde dere-  
 gno Ecclesiæ & prærogatiuis. Iterumq; de  
 mundo agit.

*Domin. 20. post Pent.*  
 Tribulationis utilitas, & morborum causæ  
 aperiuntur.

*Domin. 21. post Pent.*  
 De Dei misericordia & iustitia, tanquā duo-  
 bus mundi polis, deque peccatorum debi-  
 tis, & de ingratitude.

*Domin. 22. post Pent.*  
 De linguæ custodia, adulatoribus & hypo-  
 critis; Animam esse Dei denarium, ad ima-  
 ginem eius creatam.

*Domin. 23. post Pent.*  
 Iterum de tribulationis utilitate agit, & de  
 virginum custodia.

*Domin. 24. post Pent.*  
 De Antichristo, & die iudicij horrendo. An  
 Papa sit Antichristus iuxta hæreticos. Nō  
 differendam esse poenitentiam.



# ALTER INDEX CONCIONVM DOMINICALIVM IUXTA

COMMVNEM GERMANIÆ VSVM, VT  
& iis seruiat, qui eum sequuntur.

## Partis Hyemalis.

**D**ominica 1. Aduentus. *Cum appropinquasset Iesus Ierosolimam.* Matth. 21.

Dominica 2. *Eunt signa.* Luc. 21.

Dominica 3. *Quem audiuisset Iohannes in vinculis.* Matth. 11.

Dominica 4. *Miserunt Iudai.* Joan. 2.

Conciones de Festo Natiuitatis, S. Stephani, Iohannis, Innocentium, Circumcisionis & Epiphania, vide in Festis Sanctorum.

Dominica intra octauam Natiuitatis. *Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes.* Luc. 1.

Dominica 1. post Epiphaniam. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim.* Luc. 2.

Dominica 2. *Nuptia facta sunt.* Joan. 2.

Dominica 3. *Cum descendisset Iesus de monte.* Matth. 8.

Dominica 4. *Ascendit IESVS in nauiculam.* Matth. 8.

Dominica 5. *Simile est regnum celorum de zizaniis.* Matth. 13.

Dominica 6. *Simile est regnum celorum grano sinapis.* Matth. 13.

Dominica Septuagesimæ. *Simile est regnum celorum homini patri familias.* Matth. 20.

Dominica Sexagesimæ. *Exiit, qui seminat.* Luc. 8.

Dominica Quinquagesimæ. *Ecce ascendimus Ierosolimam.* Luc. 8.

Dominica 1. Quadragesimæ. *Ductus est Iesus in desertum.* Matth. 4.

Dominica 2. *Exiit Iesus de Chananæa.* Matth. 13.

Domin. 3. *Erat Iesus eiciens demonium.* Luc. 11.

Dominica 4. *Abiit Iesus trans mare.* Joan. 6.

De feriis conciones habes suis locis.

Domin. Passionis. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Joan. 8.

Dominica Palmatum. *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Matth. 21.

Domin. Resurrect. *Surrexisset sicut dixit.*

Domin. in Albis. *Cum sero esset is illo.* Jo. 20.

Domin. 2. post Pascha. *Ego sum pastor bonæ.* Joan. 10.

Domin. 3. post Pascha. *Mollicum & iam videtis me.* Joan. 16.

Domin. 4. post Pascha. *Vado ad eum, qui misit me.* Joan. 16.

Domin. 5. post Pascha. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo.* Joan. 16.

Domin. 6. post Pascha, siue infra octauam Ascensionis. *Cum venerit Paracletus.* Joan. 15. & 16.

# INDEX CONCIONVM DOMINICALIVM PARTIS ÆSTIVÆ.

**D**ominica 1. post Trinitatis. *De diuite & pulone.* Luc. 16. *Euangelium hoc explicatur in Quadages. Feria 5 post Domin. 2.*

Domin. 2. *De caena magna.* Luc. 14.

Domin. 3. *Erant appropinquantes.* Luc. 15.

Domin. 4. *Estote misericordes.* Luc. 6. *Hac est 1. post Pentecost. more Rom.*

Domin. 5. *Duc in altum.* Luc. 5.

Domin. 6. *Nisi abundauerit.* Matth. 5.

Domin. 7. *Miserere super urbem.* Marc. 8.

Domin.

INDEX EVANGEL.

Domin. 8. <i>Attendite à falsis Prophetis.</i> Matthæi 7.	Domin. 19. <i>Transfretavit.</i> Matth 9.
Domin. 9. <i>De villico diffamato.</i> Luc. 16.	Dominica 20. <i>Rex fecit nuptias filio.</i> Matth. 22.
Domin. 10. <i>Videns civitatem fleuit.</i> Luc. 19.	Dominica 21. <i>De Reguli filio infirmo.</i> Joan. 4.
Domin. 11. <i>De Phariseo &amp; publicano.</i> Luc. 18.	Dominica 22. <i>De rationibus cum servis.</i> Matth. 18.
Domin. 12. <i>De surdo &amp; muto.</i> Matth. 7.	Dominica 23. <i>Qua Casaris Casari.</i> Matth. 22.
Domin. 13. <i>Et incidit in latronem.</i> Luc. 10.	Dominica 24. <i>Filia mea modo defuncta est.</i> Luc. 8.
Domin. 14. <i>Decem leprosi.</i> Luc. 12.	Dominica 25. <i>Sedebit super sedem maiestatis.</i> Matth. 25. <i>Quære in Quadrages. Fer. 1. post Domin. 1.</i>
Domin. 15. <i>Nemo potest duobus dominis servire.</i> Matth. 6.	Dominica 26. <i>De abominacione.</i> Matth. 24.
Domin. 16. <i>Ecce defunctus efferebatur.</i> Luc. 7.	
Domin. 17. <i>Et ipsi observabant eum.</i> Luc. 14.	
Domin. 18. <i>Diliget Dominum Deum.</i> Matth. 22.	

INDEX SECVNDVS PRO PARTE QVADRAGESIMALI.

**N**E Conciones per Quadragesimam eiusque ferias iis, qui ad eas non astringuntur, maxima ex parte sint inutiles, subiicimus etiam hunc Indicem, in quo ea, quæ in Quadragesimali habentur, Dominicis & Festis diebus per anni circulum decurrentibus applicantur. Vale & fruire.

Domin. 1. Aduentus Domini.  
Euangel. *Erunt signa in Sole & Luna.* Luc. 21.

*Tunc videbunt filium hominis.* De extremo iudicio habes integram concionem feria secunda post primam Dominicam super Euangel. *Cum venerit filius hominis*, quæ facile huic Euangel. accommodari potest, fol. 255.

Domin. 2. Aduentus.  
Euang. *Cum audisset Ioannes in vinculis, &c.* Matth. 11.

Propter Herodis adulteriū Ioannes erat in vinculis. De adulterij gravitate vide *Sabbato post Dom. 3. fol. 388.* Amici Dei premuntur & coangulantur ab inimicis nominis Christi. De tribulationibus passim multa habentur, de quibus consulendus index generalis. Sunt autem aliquando ipsa pace & quiete vtiliores, de qua re, vide *initium Concionis feria 5. post Dom. 13. Cæci vident, claudi*

*ambulant.* De miraculis Christi optimam concionē poteris perficere ex iis, quæ habentur *fer. 4. post Domin. 1. 196.* De cæcitate spirituali hic dicendum. Hæc causa est, quod homines facilius peccant. Si enim peccati turpitudinem & damna viderent, utique non tam facile peccarent. Vide *fer. 5. post Dom. 4. ibi: Na ipsum peccatum.* item feria 6. *parafceus. ibi: Illa nimirum est cæcitas.*

Illis autem abeuntibus. Noluit eos laudare præsentis. Contra vanam gloriam. Vide feria 2. post Dom. Pass. ibi: *Quid causæ fuissete putatis. Qui mollibus vestiuntur, &c.* Vestium luxus reprehenditur, de quo vide *fer. 5. post 2. Dom. fol. 326.*

Domin. 3. Aduent.  
Euangel. *Miserunt Iudæi ab Hierosolym.* Joan. 1.  
Ex ambitione & invidia Judæi noluerunt Christum pro Messia agnoscere, ideo miserunt ad Joannem. Contra ambitionem vide

\*\*\* feria 4.

feria 4. post Dom. 2. fol. 316. De inuidia vide feria 3. post Dom. 4.

In Festo Natiuitatis Christi.  
Euangel. *Exiit editum*. Luc. 2.

Peperit filium suum primogen. De Christi Natiuitate ex Maria Virgine, quæ idcirco lænæ comparatur, quod vnum tantum peperit, vide fer. 3. post Dom. pass. ibi: *Scio enim Virginam Mariam*. Et pastores erant in reg. De reuelatione pastoribus facta vide, quæ applicari possint in fine Concionis fer. 3. post Dom. Pass. *Inuentus infans*. Magni sed humilis Domini, humilis ingressus. Quando aliter Reges huius mundi. Vide pulchra in Dom. Palmarum. ibi: Sed quisnam tuus. In medio duorum animarum cognos. canit Ecclesia. De medio eorum vide fer. 3. Pasche. De miraculis quæ in Nat. Christi facta sunt. vide Sabbato post Dom. Pass. circa finem *Pannus inuoluit*. Vide in Dom. Palmarum. *Ibid.* vbinam sunt, modo, Deus meus, &c.

In Festo S. Stephani.

*Ecce ego mitto ad vos* Matth. 23.

A sanguine Abel Ab eo cœpit Ecclesia, vide Sabbato post Cineres ab initio. & feria 6. post Dom. 1. *ibid.* verum hæc hæctenus, *Quo-ries volui vos*. De amore Dei miro. Vide fer. 6. post 1. Dom. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. A Deo deleri durissimum, vide pulchra fer. 2. post 2. Dom. fol. 305. *Video celos apertos*. De beatitudine consule indicem generalem.

In Festo S. Joannis Euang.

*Dixit Iesus Petro: Sequere me*. Joan. vlr.

Petre amas me. Hæc verba paulo ante hoc Euang. Christus Petro dixerat. Multus vbi-que est Christus in eo, vt odia & rancores è nobis profliget, caritatem vero tam in Deum quam proximum plantet. De odij malicia amoris vero iucunditate, vide fer. 6. post Cineres. *ibid.* Quando oculos.

In festo SS. Innocentium.

*Angelus Domini apparuit Ioseph*. Matth. 2.

Angelus cauet ne puero aliquid nocumēti inferatur. Nam Angeli Ecclesiæ sepes sunt. Vide feria 6. post Dom. 2. *ibid.* Verum vt pro-

fundius. *Tolle puerum*. Tempestiue sane incipit Christi persecutio. Talis fuit etiam fors ipsius Ecclesiæ. Vide pulchra Sabbato post Cineres, statim ab initio post salutationem.

Domin. infra Oct. Natiuitat.

*Erant pater & mater mirantes*.

Luc. 2.

Positus hic in ruinam & resur. multorum. de punitione peccatorum & præmio bonorum operum hic potest dici. Vide de punitione, feria 6. post 2. Dom. De præmio, feria 2. Pasch. vbi de Christo loquentes ipsius præsentia lætificatur. *Non disced. de templo*. Quod Deus semper habere voluerit loca, quibus peculiariter coleretur. Vide fer. 2. post Dom. 4. *ibid.* Quod ad primum attinet. De ieiuniis & orationibus, *Vide de his Indicem generalem*.

In Festo Epiphaniæ.

*Cum natus esset Iesus*. Matth. 2.

Ecce Magi ab Orien. ven. Aduerbiū *Ecce*, semper ponitur, vbi aliquid magni & miri narratur. vide de hoc fer. 3. post Dom. 4. *Herodes turbatus est*. Itavim atque aliquis incipit bene agere, diabolus turbatur & turbat. vide fer. 6. post Dom. Pass. *ibid.* Quod ad primum igitur. *Stella antecedebat eos*. Per hanc stellam significatur gratia Dei præueniens, qua magi isti à Deo moti sunt. Vide de hac fer. 6. post Dom. 3. fol. 361. & seq. *Et procedentes adorauerunt*. Sic adorandus est Christus in Eucharistia. Vide in fine concionis fer. 4. in hebdom. sacra.

Domin. infra Oct. Epiph.

*Cum esset Iesus annorum duodecim*.

Luc. 2.

Hac Dominica agi solet de bona educatione filiorum. Nam plerique parentes sunt causa exitij suorum liberorum. Vide feria 3. post Dom. Pass. *ibid.* Mirum profecto. *Inuenerunt eum in templo*. De templo eiusq; vsu, vide fer. 1. post Dom. 4.

Domin. 1. post Oct. Epiphan.

*Nuptia facta sunt*. Joan. 2.

Hoc primum signum fec. Iesus. & cred. De miraculorum efficacia ad permouendos homines, vide fer. 4. post Dom. 1.

Dom. 2.

Dom. 2. post Oct. Epiph.  
*Cum descendisset Iesus de monte.*  
 Matth. 8.

Leprosus peccato se datum designat. Vide de peccato, quibus malis animam afficiat, deque eius onere iudicem generalem. De ceteratione & eius seruo, vide integram confectionem fer. 5. post Cineres.

Dom. 3. post Oct. Epiph.  
*Ascendente Iesu in nauiculam.*  
 Matth. 8.

Ecce motus magnus. De Ecclesia tempestatibus, & tamen stabilitate & perpetuitate in omnibus aduersis, vide Sabbato post Cineres. De tribulationibus & earum utilitate, vide fer. 5. post Dom. 3.

Dom. in Septuages.  
*Simile est regnum caelorum hominis patrifamilias.*  
 Matth. 20.

Primo mane. Non est procrastinanda conuersio, sed primum inchoanda. Vide pulchra de hac re feria 4. post Domin. Pass. ab initio. *Conducere operarios.* Operari nobis incumbit, vide pulch. feria 6. post Dom. 2. ab initio, *in vineam suam.* Vina in Scripturis multa designat, vide feria 6. post Dom. 2. fol. 332.

Dominica in Sexages.

*Exiit, qui eminat.* Luc. 8.

Vt videntes non videant. De praedestinatione vide feria 2. post Domin. 2. item feria 2. post Dom. 3. folio 352. *Semen est verbum Dei.* De verbo Dei vide feria 4. post Dom. Pass. ab initio. Deinde paucis omissis iterum *ibid.* Ac veluti augustissimum. De praedicatione & praedicatoribus, eorumque officio & utilitate vide feria 3. post Dominic. 2. *ibid.* porro scribae.

Dom. in Quinquagesima.

*Assumpsit Iesus, & de caco.* Luc. 18.

Occasione huius caeci agere poteris de caecitate spiritali, de qua vide feria 4. post Dom. 4. De malo caecitatis & bono lucis: vide Sabbato post Dom. 4. ab initio.

Dominica 1. Quadrages.

*Et reliqua habent Conciones suo loco.*

Euangelia de Canana exponitur feria 5. post Dominicam primam in Quadrages.

Domin. 2. post Pascha.

*Ego sum pastor bonus.*  
 Joan. 10.

Quae huic Euangelio exponendo deseruiant, vide feria 3. post Domin. 2. Item feria 4. post Dom. Pass. super illa verba: *Oves meae vocem meam audiunt.*

Dom. 3. post Pascha.

*Modicum & iam non videbitis.*  
 Joan. 16.

Mundus gaudebit, vos autem contristabit. De tribulationibus piorum vide feria 6. post Dom. 4. *ibid.* Quid dicis, pia sorores, deinceps De mundo vide feria 3. post Dom. Pass. *ibid.* Hoc ipsum est quod semper ante oculos. *Gaudium vestrum nemo tollet.* De beatitudine, quae hic ipsis promittitur vide pulchre Dom. 2. Quadr. in Euangelio de transfiguratione. *ibid.* Porro quod hodierna.

Dominica 4. post Pascha.

*Vado ad eum, qui misit me.*

Joan. 16.

Arguit mundum de peccato. De peccato vide insignem locum feria 5. post Domin. 4. item plura Sabbato post Dom. 4. ante finem. *Adhuc habeo vobis multa dicere.* Locus agendi de traditionibus, de quibus vide feria 4. post Domin. 3.

Dominica. & in rogationibus.

De orationis efficacia & influxu, vide multa & insignia, feria 5. post Dom. 1.

*R. recumbentibus undecim.*

Marci 16.

Recumbentibus illis appar. Quando Apostoli erant simul apparuit illis Iesus. De bonorum societate. Vide feria 6. post Domin. Passion. *Exprobrauit incred. illorum.* De resurrectione fraterna, vide insignem locum feria 3. post 3. fol. 360. *Baptizantes eos.* De baptismi necessitate vide feria 4. post Domin. 4. *Signa autem eos, qui cred. hac sequent.* De miraculorum necessitate in promulgatione nouae doctrinae, vide pulch. fer. 4. post Dom. 1.

Dominica infra Oct. Ascens.

*Cum venerit Paraclitus.* Joan. 15.

& 16.

Hoc die de tribulationibus & persecutionibus

\*\*\* 2.

nibus

nibus agendum. De tribulationibus vide annotata Dominica 3. post Pascha. De persecutionibus Ecclesie, vide Sabbato post Cineres ante finem.

In Festo Pentecostes.

*Si quis diligit me.* Joan. 14.

De Spiritu sancto loquendum. Hic quater visibiliter descendit, vide feria 2. post Domin. 3. *ibid.* Quod igitur miracula.

Feria secunda Pentecostes.

*Sic Deus dilexit mundum.* Joan. 3.

Mirus est Dei amor erga homines, de quo vide fer. 6. post Domin. 1. *Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* De peccati malo, mundi vanitate, &c. si vis, vide indicem generalem.

Feria 3. Pentecostes.

*Qui non intrat per ostium.* Joan. 10.

De prædestinatione & reprobatione, vide annotata in Domin. Sexag. *Ee veni ut vitam hab.* De isto Christi adventu vide Dom. Palmari. *ibi: Egre dimini igitur fil.* vbi multa sunt quæ huc trahi possint.

Dominica Trinitatis.

*Erat homo ex Pharisæis.* Joan. 3.

De SS. Trinitate vide quædam pulchra Sabbato post 4. Domin. vbi primum de solis natura differitur, quæ deinde S. Trinitati aprantur, ab initio & deinceps ad longum.

In Festo Venerabilis Sacramenti  
Euchar.

*Caro mea vere est cibus.* Joan. 6.

De hoc habet duas insignes conciones, feria 3. & 4. hebdomadæ sacrae, Dominica quoque quarta in Quadrag. multa habentur præclara huc pertinentia. Est in Sacram. Euchar. admirabilis transfiguratio, de qua vide Sabbato post Dom. primam.

Dom. 1. post Trinit.

*Homo quidam erat dives, qui epulabatur.*

Luc. 16.

Hoc Euang. pulcherrime explicatur fer. 5. post Dom. 2.

Dom. 2. post Trinit.

*Homo quidam fecit cenam magnam.*

Luc. 14.

Si placeat agere de cœna Eucharistica, vide concionem fer. 4. maioris hebdomadæ *Villam emi.* De ambitione & avaricia, quæ in hoc Euang. taxantur, vide initium concionis fer. 3. post Dom. 1. De ambitione etiam fer. 4. post Dom. 2. *Nemo virorum illorum.* Deseri à Deo gravissimum malum est, vide fer. 2. post Dom. 2.

Dom. 3. post Trin.

*Erant appropinquantes.*

Luc. 15.

Vide pulchra quæ deseruire possunt, de pœnitentia non procrastinanda, fer. 5. post Dom. pass. ab initio.

Domin 4. post Trin.

*Esote misericordes.* Luc. 6.

De Dei misericordia, vide fer. 6. post Dom. 1. *Dimitte & dimitt.* De iniuriarum remissione, quod sit signum prædestinationis, vide feria 6. post Cineres.

Dominica 5.

*Cum turba irruerent.* Luc. 5.

Ipse stabas secus stagnum. Mundus mari similis. Vide pulchra Sabbato post Cineres.

Dominica 6.

*Nisi abundauerit.* Matth. 5.

De Phariseorum iustitia vide feria 4. post 3. Dom. *Qui odit fratrem suum.* De dilectione etiam inimicorum odio contraria, vide feria 6. post Cineres.

Dom. 7. post Trin.

*Misereor super urbem.* Marc. 8.

De Dei misericordia, vide præclara fer. 6. post Dom. 1. *Collegerunt septem sp. ritas.* Vult esse parcos non prodigos contra prodigalitatem, vide Sabbato post Domin. 2. Multa huc transferri possunt ex concione Dom. 4. Quadrag. super Euang. de 5. panib.

Domin. 8.

*Attendite à falsis Prophetis.*

Matth. 8.

Hæresiarchæ pleriq; in peccatis suis mortui sunt. Vide huc pertinentia quædam feria 2. Domin. *Omnis arbor, quæ non facit, &c.* Vide feria 6. post Dom. 2.

Domi:

Dominic 9.

*Homo quidam habebat villicum.*

Luc. 6.

Quasi dissiparet bona ipsi. Hoc facit omnis peccator, vel vni saltem peccato mortali obnoxius. Vide Sabbatho post Dom. 2. Tota autem illa concione, quæ est de prodigo, vti poteris contra prodigalitatem & prædigos, qui dissipant bona sua vel aliorum.

Dom. 10.

*Videns Iesus civitatem fleuit.*

Luc. 19.

Fleuit. Peccatorum consideratio Christo lacrymas exiecit. Vide feria 6. post Dom. 4. vbi dicitur: *Lachrymatus est Iesus.* Quia non eog. temp. visit. Vide locum insignem fer. 2. post Dom. 2. *Eiecit de templo &c.* vide fer. 3. post Dom. 1. item de hac ira Christi vide fer. 2. post Dom.

Dom. 11.

*De Pharisæo & publicano.*

Luc. 18.

Vt orarent. De oratione vide fer. 5. post Dom. 1. ab initio. Adulteri. De adulterio vide Sab. post Dom. 3.

Dom. 12.

*De surdo & muto Marc. 7.*

Surdum & mutum. Spiritualiter hic representat hominem peccatis obnoxium, & a diabolo vulneratum, Vide Dom. 3. in Quadr. *Apprehendit eum de turba.* De mala societate vitanda & contra, vide fer. 6. post Dom. passi. ab initio: *Exprensus tetigit ling.* De ceremonijs agendum, de quibus vide fer. 4. post Dom. 4. *Præcepit eis ne cui dis.* De vitandis laudibus, præferim vulgi imperiti. Vide fer. 3. post Dom. pass. ab initio.

Dom. 13.

*Beati oculi Luc. 10.*

Homo qui incidit in latrones, designat genus humanum in primo parente vulneratum, vnde peccatum originale. Vide fer. 4. post Dom. 4. *ibid.* Quod ad primum igitur & *ibid.* Vt porro, *Dilige prox. tuum sicut.* sub hac dilectione proximi pertinet etiam dilectio inimicorum, de qua vide insignem concionem fer. 6. Cinerum. 1.

Dom. 14.

*De decem leprosis, Luc. 14.*

Miserere nostri. De Christi misericordia quanta sit vide fer. 6. post Dom. 1. ab initio, De eius gratia necessaria, vide in eadem concione circa finem, *ibid.* Alia adhuc *Ostendite vos sacerd.* De sacerdotum dignitate, effi. & epithetis vide fer. 3. post Dom. 2.

Dom. 15.

*Nemo potest duobus dominis seruire.*

Matth. 6.

Non possumus seruire Deo simul & diabolo, neque Deo & mundo eiusque vanitatibus, & diuitijs, de quibus quære in indice generali. *Querite primum regnum Dei.* Anima nostra non satiatur nisi beatitudine, de qua vide Domin. 2. Quadr. in Euang. de transf. figur.

Dom. 16.

*Ibat Iesus in civitatem qua vocatur Naim.*

Luc. 7.

Hoc Euang. explicatur feria 5. post Dom. 4. *Propheta magnus surrex. in nob.* De miraculorum efficacia ad mouendos homines vide fer. 4. post Dom. 1.

Dom. 17.

*De hydropico. Luc. 14.*

Sabbato manducare panem. Nomine panis intelligitur omne quod comedebatur, ob eius necessitatem ad omnia fercula, & quia olim magna fuit frugalitas, vt pane & aqua contenti vix quidquam præterea curarent. Postea inualuit luxus conuiuiorum, de quo vide Dom. 4. *Quadr. ibid.* Taceat iam. De humilitate vide indicem generalem.

Dom. 18.

*De magno mandato, & Christo.*

Matth. 22.

Vide annotata in Dom. 13. *Ex toto corde.* De corde hominis eiusque artificio & præstantia, ob quam id Deus vult. Vide fer. 4. post Dom. 3.

*Quid vobis videtur 2. de Christo.* Vide fer. 3. post Dom. 4. *ibid.* Erit hoc secundum.

Dom. 19.

*De paralytico. Matth. 9.*

Alterius paralytici, qui 39. annos decubuerat, curatio narratur in Euang. historia. Ille & hic designant genus humanum. Vide fer. 6. post 1. Com. *Fili remittuntur tibi peccat.* Vult amputare vel potius euellere radicem

\*\*\* 3

omnis

omnis mali, & occasionem eius tollere. Neque enim satis est peccatum relinquere, verum &c. Vide fer. 5. post Dom. 1. Vide quoque fer. 6. post Dom. 1. *Vt videt cogitat.* De cogitationibus vide fer. 4. post Dom. 3.

Dom. 20.

*Simila est regnum &c. qui fecit nuptias filio.*

Matth. 22.

Est fere eiusdem argumenti cum Dom. 2. post Trin. quam consule.

Dom. 21.

*Erat quidam regulus.* Ioan. 4.

Cuius fil. infirmab. Tribulatio hunc adduxit ad Christum, de quibus vide fer. 6. post Dom. 4. *ibid.* Quid dicitis pia? sorores. *Relinquit cum febris.* Multis & grauib. febribus laborat genus humanum. Vide fer. 5. post Dom. 3. Vide etiam de miraculis Christi huc pertinentia Dom. 14. sequenti.

Dom. 22.

*De rege qui rationem posuit cum seruis suis.*

Matth. 18.

Iraus trad. de ira Dei vide fer. 2. post Dom. 4. ab initio.

Dom. 23.

*De censu Casari dando.* Matth. 23.

Hoc Euangel. potest fieri sermo de inuidia ob Phariseorum malitiam. Vide fer. 3. post Dom. 4. *Cum Herodianis.* De militum moribus vide *ibid.* & fer. 5. post Cineres ab initio. *Viam Dei in veritate doces.* De veritate doctrinae Christianae fer. 3. post Dom.

Dom. 24.

*De haemorroissa & filia Archisynagogi.*

Matth. 9.

Haemorroissa illa humanae naturae imaginem representet. Vide fer. 6. post 1. Dom. 1. Crede tantum & salua eris. Ecce quam benignum se huic exhibet, non item regulo. Vide de hac Dei gratia fer. 2. post Dom. 1. *Puella annorum 12.* De breuitate vitae humanae. Vide fer. 6. post Dom. 4. initio. De tribus mortuis à Christo suscitatis vide *ibid.* De laudibus vitandis vide fer. 3. post Dom. pass.

Dom. 25.

*Cum videretis abominationem desolat.*

Matth. 24.

Abominatio magna est coram Deo templorum irreuerentia, de quibus vide notata

Dom. 10. post Trin. Tractatur hodie quoque de extremo iudicio, de quo vide fer. 2. post Dom. 1.

In dedicatione Ecclesiae seu templi.

*Euang. de Zachao.* Luc. 19.

De templo cuiusque vsu vide feria 2. post Dom. 4. Vide quoque annotata Dom. 10. Ad Zachaum quod attinet vide pulchrum locum in fine concionis fer. 4. maioris hebdomadae.

## DE SANCTIS.

In festo S. Andreae Apostoli.

*Ambulans Iesus iuxta mare.* Matth. 4.

Mundus est mari similis. Vide Sabbatho post Cineres & Dom. 4. *ibid.* vere procellisum. *Venite post me.* De gratia praeventis necessitate. Vide fer. 6. post Dom. 3. ab initio.

In festo S. Thomae.

*Euang. in octavo Paschae.*

In festo Conversionis S. Pauli.

*Ecce nos reliquimus omnia.* Matth. 19.

Vide super hunc locum fer. 5. post 3. Dom. super hunc locum fer. 5. post 3. Dom. potest quoque de S. Paulo agi, & differi de gratia praeventis ut modo in festo S. Andreae notatum est.

In festo S. Marthiae.

*Confiteor tibi Pater.* Matth.

Iugum meum suauis est. De tribulationibus; fer. 6. post Dom. 4.

In festo S. Philippi & Iacobi.

*Non turbetur cor vestrum.* Ioan. 14.

In domo patris mei. De beatitudine vide Dom. 2. in Quadr.

In festo Inventionis S. Crucis.

*De Nicodemo.* Ioan. 3.

Sicut Moses exalt. serp. Crucis figurae recensentur circa finem concionis fer. 6. in Pasce.

In festo Natiuit. S. Ioan. Baptista.

*Elizabet implerum est tempus.* Luc. 1.

Audierunt vicini & cog. & congratul. De bonorum vicinorum commodo & confortio amando, malorum fugiendo, vide fer. 6. post Dom. pass. ab initio.

In festo S. Petri & Pauli.

*Venit Iesus in partes.* Matth. 16.

Portae infer. non praual. De Ecclesiae stabilitate vide Sabbatho post Cineres fol. 61.

item

E V A N G E L.

item multa de Ecclesia vide fer. 3. post Dom. 1. Item feria 3. post Dom. 2. Est autem Ecclesia visibilis contra hæreticos, vide fer. 3. post Dom. 3. *Quicumque ligaueris super terram*, ex communicatione vide fer. 3. post Dom. 3.

In festo Mariæ Magdalenz.

*Rogabat Iesum*. Luc. 7.

Super hoc Euang. habes insignem concionem fer. 5. post 4. Dom. Item de pœnitentia vide locum insignem fer. 6. post Dom. 1. vbi piscinæ comparatur. Item alium fer. 2. post Dom. 2. ibid. *In peccatis vestris mor. Remittuntur tibi peccata*. Vide Sabbato post 3. Dom. *ibid.* Sumite animas peccatrices.

In festo S. Iacobi.

*Accessit ad Iesum*. Matth. 20.

Habes super hoc Euangelio insignem concionem fer. 4. post Dom. 2.

In festo S. Laurentii.

*Nisi granum frumenti* Ioan. 12.

*Qui amat animam suam de anima eiusque præstantia & qualitatibus quære in indice generali. Perdet eam.*

Destructionibus vide annotata in Dom. 3. post pascha.

In festo decollat. S. Ioannis.

Propter Herodiadem. Quanta mala fecerint mulieres, vide fer. 6. pasceus, vbi agitur de Petri negatione. De earum vanitatibus vide fer. 5. post Dom. passio. De adulterio vide sabbato post Dom. 3.

In festo S. Matthæi.

*Præteriens Iesum vidit*. Matth. 9.

Misericordiam volo & non sacrific. Quomodo hoc intelligendum & de sacrificio Missæ de quo hic agi potest, vide feria 2. in hebdomada sacra.

In festo Omnium Sanctorum.

*Videns Iesus turbas*.

Ascendit in montem. De itineribus & fatione Christi vide fer. 6. post 5. Domin. *Beati*. De beatitudine vide Dom. 2. in Quadragesima. *Beati pauperes*. Contra diuitias vide locum insignem fer. 5. post Dom. 2. *Gaudete & exultate*. Vide locum pulch. de spe regni cœlestis. Sabbato post Dom. 1. in init. con.

INDEX.